

*Illam autem planam ordinatam circulo inscribendam, per quorum latera septem primarij sinus initio inuestigantur, sunt hec septem:*

1. Hexagonon. 2. Tetragonon. 3. Trigonon. 4. Decagonon. 5. Pentagonon. 6. Pentadecagonon. 7. Dodecagonon. quorum ordinatorum ratio laterum ad Radium circumscripti illis circuli talis est ac sequitur in hisce Enunciatis.

1. Radius Circuli aequatur lateri inscripti Hexagoni.
2. Quadratum lateris inscripti Tetragoni est duplum.
3. Trigoni vero triplum, ad Quadratum Radij.
4. Quadratum Radij & quadratum semiradij simul sumpta, aequantur quadrato Reetae compositae e semiradio & latere inscripti Decagoni.
5. Quadratum Radij & quadratum dicti lateris inscripti Decagoni simul sumpta, aequantur quadrato lateris inscripti Pentagoni.
6. Reeta subtensa inter inscripti ad idem punctum Trigoni & Pentagoni bases dicto puncto oppositas, est latus inscripti pentadecagoni.
7. Reeta subtensa inter parallelas inscripti Trigoni & Hexagoni bases, est latus inscripti Dodecagoni.

Omnia haec ex Geometrica certitudinis fundamento, prout ab ipso Euclide in Elementis Geometricis solide ac euidenter Demonstrata sunt.

Iam igitur Radius circuli omnibus dictis planis ordinatis circumscripti assumatur pro lubitu quam plurimarum partium, vt Millies Millenarum Mille, 1,000,000,000.

Eoq; sic posito, erit latus eidem circulo inscripti in semicirculo. Subtense.

Hexagoni	}	quod subtendit arcum graduum	LX. —————	1,000,000,000.
Tetragoni			XC. —————	1,414,213,562.
Trigoni			CXX. —————	1,732,050,808.
Decagoni			XXXVI. —————	618,033,988.
Pentagoni			LXXII. —————	1,175,570,504.
Pentadecagoni			XXIII. —————	415,823,382.
Dodecagoni.			XXX. —————	517,638,090.

		<u>Ergo in quadrante.</u>	<u>Semisses seu sinus.</u>
Arcus Gra- duum	}	XXX. —————	500,000,000.
		XLV. —————	707,106,781.
		LX. —————	866,025,404.
		XVIII. —————	309,016,994.
		XXXVI. —————	587,785,252.
		XII. —————	207,911,691.
		XV. —————	258,819,045.